Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Ut fuerat solita sepe referre mi
Ibant tres hominum curas releuare sorores
Quos nos fatales dicimus esse deas
Unus erat cultus tribus hijs unaque voluntas
Nature vicijs ferre salutis opem
Et quod auara minus vel prodiga multum
Hijs emendandum plurima cura fuit
Dum gradientur ita casu reperere puellam
Colle sub umbroso que digna ioue foret
Nam formosa nimis genere scemate nata
Equabat vultus nobilitate genus
Propter eam superi superis si nata fuisset
Nouisset magno prelia magna ioui
Iupiter ille polo quam virgine se caruisse
Septenno spacio mallet et exulagi
Nil tribuisse magis potuisset natam decoris
Si saga iurasset vel ioue nata foret
Planctibus illa tamen tantis lacrimisque vocabat
Nunc faciem cedens nunc palmis pectore tundens
Non requiescebat unguibus ora secans
Hac igitur visa gemine voluere sorores
Ferre salutis opem si licuisset eis
Instabantque due domine sociamque rogantes
Ut saltem sineret mitius esse malum
Illa sed econtra vultu uerbisque renitens
Obstitit et surda protulit aure preces
Sed ne sollicitas super hijs timidasque sorores
Et quasi contemnens redderet inquit eis